res in lucem fuerint emiſſæ. Quoniam verò morte præventus hoc ipſum perficere non potuit; ideoque à TE, benevole Lector, etiam atque etiam contendo, ut, ſiqua fortean minus aptè Tibi dicta videantur, tuoque palato non ſatis arrideant, illud Eidem, hanc præſertim ob cauſam, pro Tua humanitate benevolè condonare, atque inſimul & meam hac in parte ſuſceptam qualem qualem operam æqui bonique conſulere, meque favore Tuo ingenuô proſequi haut dedignari velis. Vale. Dabam Helmſtadii d. 3. Septembris, An. 1684.